

4


POLYDORI VERGILII
VRBINATIS
DE
INVENTORIBVS
RERVM LIBRI
TRES.

1510 G. V. h. 1579
M. ANTONII SABELLICI DE AR
TIVM INVENTORIBVS

ad Bassum carmen
elegantiss
mum,

AD LECTOREM.

Grammaticæ, Orator, Poeta, Philosophæ, Medicæ,
Iurisconsulte, Theologæ, quisquis demū
es, Polydorum legito, vt prima
tux artis incunabula,
ab ipsa (vt aiunt)
stirpe agno
scas.



Hieronymus Gebuiler nobilissimæ Argen. ecclesiæ
literariæ ludi præfatus, Matthiæ Schürerio:

S. D.

Non possum non laudare opt. Matthiæ diligentiam tuam,
quæ excudendis libris apponit exactissimam. Siquidem
ex officina tua, quod prius non erant, non eliminum non
(ut aiunt) ad amissim politum sit proponit nihil. Nulla
in super vel paucula errorum monstra, quibus pro dolor
complures libelluli hodie ob calcographorum incuriam detur-
pantur, illic emergunt. Taceo animum tuum beneficentissimum,
quo priuata re posthabita, doctoribus haud peraratis, verum
Romanae linguae primoribus, ac classicis scriptoribus, literaria
R. p. q. maxime adiuueris. Quantū comodi cunctis literariis
palestre luctatoribus, Sabellici exempli tuis impensis ac opa,
per omnem ferme Germaniam, stans calamitas nunc exscripta
effecerit, nemo sapiens ignorat. Quid laudis honori tuo ac-
cedet, cum & hic Polidori libellulus, cui de uirtutibus rerum
nomen est, tuo aere in lucem prodibit, quotquot hunc (ni fallor)
lecturi sunt, tibi & absentis & praesentis optima quoque im-
precabunt, quis Minervae cupidus, hoc Polidori enchiridion
inemptum pretereat? e quo indocti mentis tenebras il-
lustrabunt. Literarum vero gnari quoque apud alios sparsim ac dif-
fuse tractant, hoc libellulo strictim coegesta, succisuius horu-
lis lectitantes nimirum recreabunt. Hic clarissimorum virorum
citatae auctoritas, quam terla uenustiore reddidit Latinitas, ad-
est eburno auro intextum, quod metis compos respicit nullus.
Facita quoque charissime Matthia, ceptum prosequaris iter, nullius
rhinoceronis nares fugiturus, virtus (ut nosti) a mulis ca-
ret nunc. Illud uelim Persiarum pectore condas.

Virtutem videant intabescantque relicta.

Non nescias es impulsurum sit republicae aut patriae profuisse,
Quales igitur tibi coronae futurae, qui non modo patriae, imo
toti Germaniae, adiacentibusque populis prodesse studeas.
Profecto hic temporaria & post fata cum diuis eterna
habiturus mercedem. Vale faustiter, meque mutui ter ama. Ex
edibus nostris. Vlti. Nouembriis. Anno a natali Christiano
millesimo quingentesimo nono.

PRÆFATIO

POLIDORI VERGILII VRBINATIS AD LODOVICVM ODAXIVM PATAVINVM PRÆ FATIO.

Um equidem nescius Lodouice Odaxi qua uenia di-
gni accipiant illi, qui longe a uero aberrantes, circa fa-
bulas duntaxat neruos prorsum omnes contenderint. In
quorum sane numero quum poetae, tum ueteres philosophi
maxime sunt. Verum illis quorum proprium est nugas se-
tari, ignoscendum esse ducimus his autem nequaquam. Quippe
qui quum ueritatis (quae sicuti preclare Pindarus ait, magnū
est uirtutis principium) inuestigande gratia tale scribendi
materiam nacti essent, ut eam suapte natura se se illis sepius
offerente facile deprehendere possent, adeo in obscuris uer-
sati sunt tenebris, ut pro ueritate magis magisque fingendi
fabulas materiam praebuerint. Etenim hi (ut de iniurijs re-
rum, de mundi fabrica taceam) quum de Deo aut caeli motu
differerent, physica quadam ratione multo nempe maio-
rem quam foret, deorum multitudinem reddiderunt. Qui indu-
ti specie humana fabulas poetis suppeditarunt, hominum
autem uitam superstitione omni refererunt. ueluti qui mox
uiros beneficis excellentes in caelum (quemadmodum do-
cuimus) fama ac uoluntate tollere consueuerit. Quae tam &
si sum meleuiratis plena sunt, dicuntur tamen & stultissi-
me creduntur. Sed ipsi philosophi quum sapientiae laudem ad-
epta sint, eo quod pleno gressu ueritatem sequi uiderentur, nihil
eos profecto (ut arbitror) tam deuios egit, quam ueri Dei ignora-
tio. Ex quo haud dubie tot fabularum deliramenta mana-
runt, tunc potissime quum futilis esset hominum simplicitas.
Nam nostro tempore quo quidem impendio homines sapi-
unt, quis huiusmodi deos colit? quorum accipimus cupidi-
tates, aegritudines, iracundias, bella, uulnera, libidines?
Quis Harpyias fuisse aut Chimeram putat? Quae ueniam
tam excors inueniri potest? quae illa quoque quondam credeban-
tur apud inferos portenta extimescat? Quis tam hebetis in-

PRAEFATIO

Galli. genij est? vt metuat ne supra se celū labet, sicut Galli Adrię vicini Magno olim Alexandro percōtanti quid nam esset quod maxime pertimescerent, sese formidare id tantum respondisse dicuntur. Vbi gentium mensa solis est? quā diuinitus epulas suppeditarēt? quam Aethiopes se quondam habere iactabant. Verissime igitur M. Tullius inquit idem opinionū cōmenta delere, naturę iudicia cōfirmare, quoniam vt apud Gellium non minus scire q̄ elegantē legimus, solum tempus veritatis est parens. Quare hoc fabulis fidem habēdi initium magis temporū q̄ hominum fuisse dixerim. At nobis qui longe hercle foelicioꝝi etate genti sumus: propterea q̄ verum Deū quotidie intuemur: cōtemplamur, atq; veneramur, nullisq; amplius pręstigijs demonum ducimur, quid turpius magis ve pudendū esse potest q̄ nugas terere, & fonte veritatis omisso fabularū riuolos sectari? Quum pręsertim ita naturā comparatū constet, vt nullus suauior animo cibus sit, quā veri cognitio. Ego itaq; opus de rerū inuentoribus orsus partim vt nemo sua laude inuenire enim primum precipuū est: reiq; inuentæ dignitas adeo multos trahit in amorē sui, vt singuli si fieri possit, auctores se dici velint fraudetur, partim vt qui imitari volent, sciant quos sequi debeāt, nequid criminis subirem. q̄ verissime potui omnia tradidi, maxime quum de origine deorum & eorum cultu, de rerum initijs, de hominis ortu prodidimus. Quod neutiq; facile fuit: quū iam nugæ cuncta opleuerant. Cæterū sum ego itidem (fateor) in plerisq; locis fabulas secutus, quibus etiā verum specie aliqua velatum subest, id tamen nihilominus veritati inhesimus, quando hoc ratio ipsa exigere visa est. Et q̄ Saturno, Neptuno, Mercurio, Dionysio, Apollini, Aesculapio, Cæteri, Vulcano & alijs quos deos vocant, quedā assignauimus, ea ipsa tamē illis tanq̄ mortalibus nō tanq̄ dijs (licet ipse quoq; deos nuncupauerim) attribuiamus. Haud me fugit insuper quosdā maliuolentissimos fore, qui industriam nostram fortasse temeritatē appellabunt: quia ego solus de rerum inuentoribus scribere ausus sum. Quod nemo ante me p̄ter Plinium particula-

PRAEFATIO

tim tentarat: qui in septimo. Nat. hist. de hac re strictim ad modū meminit. & M. Antonium Sabellicū: qui hexametroro carmine ea fere ipsa itidem perstrinxit. Verum illi prius ignorabunt id multo esse preclarior: quo difficilius extiterit. Quid. n. laudis assecutus esset Cæsar, si facile fuisset Britannis bellum inferret aut Hannibal quantū glorie sibi comparasset, si puas alpes dum Italiam adiret: citra, vt dicitur, puluerem sudoremq; ac non magna suorū cede secessisset: propter quod nos etiam hoc opus & si arduū magno animo suscepimus: maturauimusq; in quo si quid desiderabitur: nemini mirū sit. Quando multa non modo vera sed nouitia inuenta sunt: quorū vt in calce operis perspicue demonstrauimus, inuentores in densissimis omnino umbris latent. Non id tamen inficior, haud enim tantum mihi arrogo: quum sint hodie plures longe me doctiores, quin possit quispiā de hac re ueluti de prouerbjs quorum libellum proximo anno Guido principi Urbini duci inscripsimus: copiosius tradere, verum quicūq; hoc vel illud post hac ingredietur iter, quia nos primi stadium currimus, is fortasse nostris vestigijs insistere non grauabitur. Has autē qualescunq; sunt, Lucubrationes tibi vni ex omnibus potissimū consecrare constitui. primū q̄ quum tu de me plurimum benemeritis sis, iure optimo tibi secunda ingenioli nostri fortuna debetur. Deinde quia tu vberri mus ingeniorū fons, tuq; cōmune vtriusq; linguæ decus, postea quoniam tu in quo & naturæ dotes & fortunæ bona cumulatiu congeſta sunt, literas amas, tu literatos presidio foues, tu opibus iuuas, tu studiorum ac studiosorū cōmercio delectaris, pręterea q̄ tu vnica doctrinarum lux ita tuo splendore meas lucubratiunculas illustrabis, vt a Sole reliquę stellæ lumen habent. Vnde per te a doctis diligentur, complectentur atq; legentur, ab inuidis autē tuæ inaccessę lucis fulgore nitentes minime conspici valebūt. Cui postremo conuenientius opus de rerum inuentoribus dicari debuerat? in quo multarum rerum origo continetur: q̄ tibi? qui ad unguē scriptorū omnium monumenta noris? Nam, vti Diuus Hieronymus inquit, illi tertiu Ver-

Plinius:
Sabellicus.

Cæsar:
Hannibal.

Hierony.

LIBER.

gilij Aeneidos librum lucidius intuentur, qui a Troiade per Leucadem & Acrocerania ad Siciliam, & inde ad hostia tiberina nauigauerint. Qui insuper Guido Urbini Duci nostro illustrissimo ab ineunte eius aetate a Diuo Frederico tanquam olim a philippo Macedone Magno Alexandro Aristoteles, preceptor datus est. Qui quum te duce in vtriusque linguae studijs mirum immodum ac plus quam dici possit, profectum fecerit, haud equidem immerito pre omnibus sibi charissimus es, apud quem (ut par est) summum dignitatis gradum habes, a quo denique tanti sis certi certe fieri debes. Nec quicumque tamen aliud mutauit in te huiusmodi fortunae amplitudo, nisi quod effecit, ut innatam tibi humanitatem, facilitatem, liberalitatem (licet ea ipsa iugiter per te feras) facilius modo omnes identidem conspiciant. Quid enim referam quod sis conuictu comis, affatu blandus, aditu facilis, indulgens in tuos, liberalis in omnes? Quia propter non iniuria & Patavium quod te procreauit & Urbium quod multis iam annis te fruitur dum quandoque Lodouicum Odaxium suum esse cupit, non secus inter se iam contendere inceperant quam olim propter Homerum singularis aliqui doctrinae virum Athenas, Argos, Rhodum, Smyrnam, Salaminam, Colophonem, & Ius decertasse ferunt. caeterum de te non opus est tamen ut plures certent: quum totius Italiae (ut citra omnem assentationem vera profitear) communis aequae sis splendor. Accipe igitur Lodouice Odaxi hilario vultu hoc opus a Polydoro tuo Vergilio, idque ea frontis seueritate perlegito, quae huiusmodi scripta legere consueuisti. Nam si a te cuiuslibet similibus probabitur, Verum quidem operae premium me fecisse putabo. Vale.

TABVLA.

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE
INVENTORIBVS RERVM
TABVLA PRIMI
LIBRI.

De prima deorum origine. Et quod veri dei nulum est exordium.	Folio. i.
De initijs rerum.	folio. ij.
De primo hominum ortu, Et liguarum varietatis origine.	fol. iij.
De origine coniugij, & quod aliud aliae gentes habebant & qui in propatulo pecudum more coibant.	fol. iij.
De religionis origine, & quod colendorum deorum primi auctores fuerint, & deo vero primitus sacrificauerint.	fo. vi.
Quis primus literas inuenerit, aut in latium attulerit.	fo. viij.
De origine grammaticae.	fol. viij.
De poeticae artis origine.	fol. ix.
De origine metri, & quod metrorum plura sunt genera.	fol. x.
De tragodiae atque comediae initijs.	fol. x.
De origine satyrae.	fol. xi.
Quis primus historiam condiderit, aut prosam orationem inuenerit.	fol. xi.
De origine rhetoricas.	fol. xij.
Quis primus musicam repererit.	fol. xij.
Qui primum instrumenta musica diuersi generis inuenerint, & ea in latium attulerunt, & de antiquissimo vsu tibiarum in praesentibus.	fol. xij.
De origine philosophiae, & de duobus principijs, & quis primus inuenerit Ethicam & Dialecticam, aut dialogos introduxerit.	fol. xv.
Qui primitus astrologiam adinuenierint, aut quorundam siderum cursus prehenderint, & Sphaeram ventorum rationem, & obseruationes siderum in nauigando reperint.	fo. xv.
Qui primo geometriam & arithmetica inuenerint.	fol. xvi.
Quis primus repererit pondera, & mensuras ac numeros.	fol. xvij.
Quis primus medicinam inuenerit.	fol. xvij.

TABVLA

- De herbariæ & medicamentariæ atq; melleæ medicina inuentoribus, & q̄ homines ab animalibus remedia quædam didicerunt. fol. xvij.
- Quis primo magicâ artem inuenerit, & a quibus celebrata, & quis modû effugandi dæmones, aut incantationes ædiderit, quibus morbi sedantur. fol. xix.
- De origine necromatiæ, pyromatiæ, aeromatiæ, hydromantiæ, geomantiæ, & chyromantiæ. fol. xx.
- De duobus diuinâdi generibus, & de origine aruspicinæ artis, & sortium p̄nestinarû, & quis somniorum interpretationem docuerit. fol. xxii.

Tabula secundî libri.

- d Eius ac legû origine, & q̄s primus mortalibus leges dederit, q̄ alij alijs leges cõstituerit. fo. xxij.
- Qui regiã aut popularẽ ciuitatẽ primo cõdiderint aut tyrannidẽ exercuerint, & diadema vel seruitium inuenerint, & quis ariopagitarû concilium constituerit, aut suffragia inuenerit. fol. xxij.
- Quod Romana ciuitas monarchiã, aristocratiã, & democratiã habuit, & de origine insigniû regû, & ex qua arbore fiebãt magistratû virgæ, & q̄s primus cẽsû ordinauerit, aut carcerẽ edificauerit. fo. xxiii.
- Qui primi cõstituerint annû, & q̄ alij aliû habebãt & q̄s inuenerit hũc annû, quo vitimur, aut menses, q̄s inuenerit primû ordinauerit, aut horologia diuersi generis inuenerit. fo. xxvij.
- Quomõ primitus alij aliter dies obseruabant. fo. xxvij.
- Qui primo libros ædiderint, & de prima bibliotheca, & a quo, aut vbi vsus imprimendarum litterarum primitus inuentus. fol. xxvij.
- De primo vsu scribendî apud priscos, & quando primum inuenta charta vel membrana. fo. xxix.
- Quis primus memoriæ artem monstrauerit, aut qui eiusdem gloriam adepti sint. fo. xxix.
- A quo primum militaris ars inuenta, item in exercituum ordines & tessaræ, & vigiliæ, & q̄ primo pugnis & calcibus, dein fustibus pugnatû est. fol. xxx.

TABVLA

- De primo vsu armorû, & qui primitus inuenerint galeã, gladiû, hastã, lorica, clypeos, ocreas, cristas, lanceas, ætolos, iaculû cum ameto, falcẽ, hastas velitares, pilum, securim, venabula, arcû, sagittas, & tormenta diuersi generis, & artem ipsam machinamentorû, & de illo tormento æneo, quod Bombarda vocatur. fol. xxx.
- Quis primû equitandi artẽ aut vsûm equos domandi vel eorû ornãmẽta inuenerit, & bigas atq; quadrigas iunxerit, & vehiculû cum quatuor rotis repererit, & q̄ ex equo pugnare primitus instituerit. fo. xxxi.
- Quis primus instituerit apud græcos olympicû certamen, ludos pythios, istmios, nemeos, gymnicos, funebres, & pirhicã saltationẽ atq; palestrã, & a quibus inuentus ludus pilæ, aleæ, & tessararû. fol. xxxij.
- De quorundã ludorû origine apud latinos. fol. xxxij.
- Quis primitus inuenerit inducias & fœdera, & q̄ alij alio modo fœdus inibant. fol. xxxiij.
- A quo primum mos triũphandi fluxerit. Et quis primus apud Romanos triumphû & ouationẽ duxerit, & quis triumphare aut ouare licebat. fol. xxxv.
- Qui primû coronas inuenerint, & flores miscere cõperint, & de varijs earû generibus, & a quibus ciues coronandi consuetudo manauerit, & de vsu coronarû i cõuiujs, inibiq; locus Vergilij enõdatus. fo. xxxvi.
- De antiquissimo vsu vnguëtorum, & quando primum ea cognita Romanis. fol. xxxvij.
- Qui primitus inuenerint aurû, argentû, ferrû, plumbû, æs, forcipẽ, marculû, vectem, incudẽ, erariã, ferrariãq; fabricam, ferri compactiõnẽ, æris atq; auri conflaturam, & ignẽ primo, mox e silice, aut lignis, & folles atq; lucernæ vsûm. fol. xxxvij.
- A quibus primum nummus aureus inuentus, aut q̄s argentum & æs signauerit, atque spëculum argenteum fecerit. fol. xxxviij.

TABVLA

- De origine annulorū, & cur digitis sinistrae manus minimo proximus annulo coronari consueverit. fol. xxxix.
- De origine vitri & electri, & quis primus inuenit minimum, & myrrha in urbem asportauerit, & de crystallo. fol. xl.
- De origine simulachrorū, & statuarū, & qui primo statuas posuerint, & quod graeci contrario Romano more eas non velabant, & quaedam memorata digna de imagine Magni Alexandri. fol. xl.
- De origine picturae, & quis primus colores inuenit aut penicillo pinxit. fol. xliij.
- De primis plasticis inuentoribus, & quis rotam figurariam reperit. fol. xliij.

Tabula tertij libri.

- A quibus primum inuenta agricultura. fol. xliij.
- Quis primus mortalibus fruges, & eas molendi, aut stercorendorū agrorū vel pinendi frumeti usum monstrauerit, & boues aratro iuxerit, aut ferramentum rustica inuenit, vel cribra diuersi generis. fol. xliiij.
- Qui primitus vites & usum vini & arborū fructus reperit, & vino aqua miscuerit, & unde talis mos fluxerit, aut quod olea & usum olei & mel adiuenerit, vel ex hordeo potum fecerit, atque lac coagulauerit. fol. xlv.
- A quibus quaedam peregrinae arbores in Italia translatae. fol. xlvij.
- Quis primus animalibus nomen imposuerit, & ea occidere instituerit, & de primo carniū esu, & quod multi mortalium carnibus olim abstinerunt, & quod fuerint auctores sceleris mensae, & vnguenti coronarūque in conuiuio dandarū, & de primo vsu venandi & piscandi, & salis inuentione, & quis apud Romanos primus paucionem in mensis posuerit, vel auaritia instituerit, aut quae animalia legionum insignia fuerint. fol. xlvij.
- Quis primus inuenit linum, rhatia, nendi, texendique modum vel artem fulloniae, aut qui lanas infecerint, aut repererint lanificij vestiumque usum & fusos aut lea vel sutrinam artem aut sericum atque bobycinam vestem. fol. xlix.

TABVLA

- De origine architecturae. fol. l.
- Qui primum luteas aut lateritias domos edificauerint, vel earum structuras & regulas & lapideinas inuenerint, & de prima columnarum origine, & quando primum marmorum usus Romae in aedificijs. fol. l.
- Qui primitus condiderint oppidum, muros, turres, tabernacula, delubra, aut quis primus deo omnipotenti templum fecerit, & qui puteos foderint. fol. li.
- De primis labyrinthorum pyramidumque auctoribus, & quare esset eas construendi causa, & de mausoleo sepulchro, ac de vario apud gentes olim sepeliendi vsu & unde apud Romanos mos cremandi cadauera, atque de origine funebris orationis. fol. liij.
- Qui primum obeliscos fecerint, aut Romam vexerint, & inibi locus Plinij emaculatus, & de notis obeliscorum, & quales essent aegyptiorum litterae. fol. liiij.
- A quibus primo asyllum constitutum fuerit. fol. liij.
- De origine theatri, & qui primo Romae theatrum & amphitheatrum construxerint, & de vtriusque forma, & quare amphitheatrum arena spargebatur. fol. liiij.
- Quis primus inuenit fabricam materialium, & in ea ferream, asciam, perpendiculum, terrebram, glutinum, normam, fornicem, libellam, tornum, clauem, circinum, dolia & vasa viminea. fol. liiij.
- Quis primus mari impetauerit, & ut primo navigari coeptum sit, & qui inuenierint artem navigandi, nauigia diuersi generis remum, vela, anchora, gubernacula, & pugnam naualem. fol. liiij.
- Qui primum mercaturam inuenierint, & de primis institutoribus. fol. liij.
- Quis primum instituerit artem meretriciam, aut inuenit tincturam capillorum, vel usum tondendi, & quando primum tonsores Romae. fol. liij.
- Quod multa quum vetera tum noua inuenta sunt, quorum auctores ignorantur. fol. liij.

FINIS.

MATTHIAS SCHVRRERIVS SV
 DIOSO LECTORI FOE
 LICITATEM
 OPTAT.

L. libros hos de rerū & artū inuentōribus, statim
 notis informauimus, optime lector, vt lōgo tibi
 labore ad inquirendū opus non sit, quū artis aut
 rei cuiusuis primā originē nosse cupis. Collecta
 em̄ hic sunt breui compendio, quęcūq; ad repertores artū
 attinēt, ex Plinio, Diodoro, Fenestella, Polybio, Eusebio, &
 innumeris alijs. Quare si Grammaticus literarię artis initia
 inquirat, leget quę iuuabunt. Si Orator primū Rherorices
 vsū inuestigat, quinam primi oratores extiterint, & quo
 tēpore simul inueniet. Neq; id genus disciplinas alias per-
 colens, cuiuslibet incrementa ignorabit, ita sunt omnia ex
 multis authoribus, multa lectionē diligenter adhortata.
 Proinde conducet plurimum hoc opus, ijs, qui de rebus ad
 vnguem & ad viuū (vt est in prouerbio veterū) dissertare
 voluerint, nō contenti summa sequi vestigia rerū. Ceterū
 quoniā natura aliqui ad carmina sunt ppeniores, & quę
 versu traduntur, memorię facilius inherēt, iussit Beatus
 Rhenanus amicus meus summus, vt Sabellici de eadē re
 carmen elegantissimū in calcē adiecterē. Fœci id, optimi
 viri & literis prodesse parati, consiliū sequutus. que omnia
 lector boni consulas. Nam propter aduersam valitudinē,
 quę me iam dimidiū mensem vt ger, non potui (vt opus
 erat) emendationi adamussim inuigilare. Vale, & me si me
 rui, ama. Argentoraci. xxvij. Nouēbris. An. M. D. IX.

LIBER PRIMVS FOLIO. I.
 POLYDORI VERGILII VRBINATIS
 DE INVENTORIBVS RERVM
 LIBER PRIMVS INCIPIT.

De prima deorum origine. & q; veri
 dei nullum est exordium.
 Caput Primum.

Vum terrestres olim Dæmones, hoc est Genij (sic. n.
 q; latino sermone interpretantur) maleficis artibus se
 se modo bonos demones, mō deos celestes, et nunc
 Heroū animas, nunc alios atq; alios subinde fingentes va-
 rios humanis pectoribus errores effuderint, hominumq;
 mentes a cultu veri Dei adeo auerterint, vt aliq; alia (vt in-
 ferius docebimus) et deos nuncuparent, et summa religio
 ne colerent. Hinc nimirū factum est, vt maior cælitum po-
 pulus, q; mortaliū haberi cœperit. Vnde mox innumerabi-
 les philosophorum de dñs vndiq; sententię confluerūt, phōse d
 qui se se abiectis omnibus publicis atq; priuatis actioni-
 bus inuestigandę veritatis gratia ad doctrinę studiū con-
 tulerunt. Thales enim Milesius qui primus (teste M. Tullio
 in primo de natura deorū volumine) de talibus rebus quę
 fuit, Aquam esse dixit, a qua nata sint omnia. Deum autē
 esse mentem, quę ex aqua cuncta formauerit. Pythagoras
 diffiniuit deum esse animū per naturam rerum omnē in-
 tentū & commeanrem, ex quo omnia quę nascuntur ani-
 malia vitam capere. Cleantes & Anaximenes aera deum
 statuerunt. Vnde Vergilius in secundo georgicorum.
 Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther.
 Coniugis in gremium lætę descendit, & omnes.
 Magnus alit magno commixtus corpore fœtus
 Anaxagoras deum esse censuit infinitam mentem: quę p
 seipsam mouet. Antisthenes dixit multos esse quidē deos
 populares, vnum tamen naturalē, summę totius artificē
 Chrissippus naturalē vim diuina ratione prædicam, inær.
 dum diuinā necessitatem deum censuit. At Zenon diuinā
 Diuerse
 deo sen-
 tentie.
 Thales.
 Pytha-
 goras.
 Cleantes.
 Anaxi-
 menes.
 Vergili.
 Anaxa-
 goras.
 Antiste-
 Chrissip.
 Zeno.

Ar. 26 In p. 11. b. v. 11.

insuper adde, q̄ auctores quoq; plurimos tã græcos q̄ latinos ab om̄i prorsũ interitus periculo vindicauit. Quare tã tã rei auctor nõ est sua laude fraudandus, ß fertim vt posteritas sciat, cui diuinũ beneficiũ acceptũ referre debeat. Qui dã itaq; Germanus noie Petrus (vt ab eius cõterraneis accepimus) primus oim̄ in oppido Germaniã quã hodie Magantiã vocãt, hanc imprimendarũ litterarũ artẽ excogitauit, primũq; ibi ea exerceri cõcepit, non minori industria repto ab eodẽ, prout ferũt, auctore nouo attramẽti genere, quo nunc impressores tantũ vtũtur. Mox quidã noie Conradus itidẽ Germanus, Romã primo in Italiã attulit, quam dein, Nicolaus Ienson Gallicus p̄mus, mirũimodũ illustrauit, quẽ passim hac tẽpestate per totũ fere terrarũ orbẽ florẽbit, de qua plura loqui supersedeo, eius inuẽtorẽ vel potius vnde ad nos delata fuerit (hoc em̄ palã est, de inuẽtore vero non ita fidẽ nostram obstringimus) prodidisse haud me parũ fecisse ratus, quum ea omnibus notissima sit.

Petrus quidã Germanus calco-graphiẽ p̄ciã excogitauit.

De primõ vsu scribendĩ apud priscos, & quando primũ inuenta charta vel mēbrana. Cap. viij.

Nec vsum chartarũ quo maxime humanitas vitæ a constat, & memoria, palmarũ folijs teste Plinio in xij. natu. histo. Primõ scriptitatũ est. Verg. in. vi. folijs tantũ ne noia manda. Deindẽ quarundã arborũ libris postea publica monumẽta plũbeis volũnibõ. mox & priuata linteis cõficere ceperũt, deidẽ cereis. nã pugillariũ vsũ ante Troiana rpa fuisse testat̄ Homerus. Papyrũ autẽ post Alexandri Mag. victoriã conditã Aegypto Alexandria M. Varro auctor est ante chartarũ vsum, ab eo Rege inuentã esse, q̄ siebat ex frutice, q̄ nascit̄ in paludibus Aegypti. Verũ cõtra Varronẽ, qui chartarũ vsum nõ nisi cõdita Aegypto Alexandria fuisse scribit. Pli. Cassij Heming annualiũ scriptoris auctoritatẽ inducit. Ille em̄ tradit Cn. Terentiũ scribam agrũ suũ in laniculo repastinantẽ offẽdisse arcã, in qua Numarex situs fuerat Alexander (vti testis est Gelius lib. xvi.) trecẽtis & amplius annis post Numã fuit. Ceterũ Linius in x. de bello Macedonico a Cassio dissentit scribens duas ar-

Papyri & chartarũ inuẽtores.

fecit. Nec eo tñ ceteri quos memorauimus, minus laudis merent, qñ nō vnus gn̄s arma vbiq; vsurpant, sed alia ali ubi, nihil quoq; primitus tā p̄fectū excogitari pōt, cui non aliquid ab insequētib; cōmode addi possit. In tormentis **Tormēto-**
Cretes scorpionē, carapulā Syri, Phœnices balistā, & fun- rum inue-
dā (vt testat Pli.) inuenerūt. Vegetius ꝑo lib. primo de re mi- tores.
litari fundæ vsūm dicit incolas insularū in mari Hispano
quas baleates vocamus cōperisse. Vñ Strabo li. iij. Geog. il-
los optimos funditores esse vocitatos affirmat, Idē vergi-
sentiū in. i. Georg. inquit. Stupea torquent balearis verbe-
ra fundæ. Artē machinamentorū teste Plutarcho in vita.
M. Marcelli Eudoxus & Architas inchoarūt. Equū autē qui
aries dicit, in muralib; machinis, auctore Pli. i. vj. Aepeus
ad Troiā inuenit. Scđm ꝑo Vitruuiū. li. x. de architectura.
Athenienses ad Gadas oppugnādas, testudines Artemon
clazomenius inuenit. Et hæc oīa in hoīm p̄niciē adinuen-
ta sunt. Sed illud nouitū inuentū ip̄imis, qđ Bombarda
vocat, cuius inuētō licet de eo nihil exploratū habeamus: **Bōbarda:**
vtinā veluti Salmonēus fulmine flagrasset, qñ hæc fulmī-
nū, odore, luce, sonitu, impetu, simillima est, magna em̄ vi
ignis collecti emissis repente, aut ferreis, aut lapideis pilis,
quicquid obuiū offendit, quassat, dissipat, frāgit, cōtundit.
Ad eo qđ nullus sane locus q̄uis natura munitus est, quin fa-
cile expugnet, vnde in ea hoc tpe oīs vis peditū, oīs eque-
stris splendor, oīs deniq; bellica virtus turpiter diffidit. hæc
bombarda a bombo gr̄ce dicit, quidē alij tormentū enēū
malūt nuncupare, eius tam & si modo plura sunt genera,
quæ varie vulgo nomināt. Sed iam hinc oratio nostra ad
equū bellicosissimū animal sese nō indecenter transferat.

Quis primū equitādī artē aut vsūm equos domandī vel eorum ornamenta inuenerit, & bigas atq; qđrigas iunxerit, & vehiculū cū quatuor rotis repererit, & qui ex equo pugnare primitus instituerit. Cap. xij.

e. Quo quin magno morralib; quū in rebus bellicis, tū in itineribus faciūdis & vsui & adiuuētō est, primū oīm Vehi Bellerophontē Glauci regis filiū dos
F iij